



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Qui sint fructus digni pœnitentiæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Sunder enim venisse constat, non fide, fugere à ventura ira satagentes. Alij plerique sentiunt ex vitæ præteritæ malitia eos progeniem viperarum appellari. Nocentissimum est namque serpentum genus, viperæ, leni morfu perimunt. Alij ita dictam, quod vi perimat, alij vero quasi Viperam; Aristoteles enim ait *ἡ δὲ βίβλος ὡς ὁ κέντρων ἐν ὕδατι, ἐν membranis viuum parere.*

*Vipera est- Vipera proprium est, ut ait Plin. l. 11. c. 37. dentes condigim-
figies Pha- gius, itaque innoxia videntur, cum tamen morsus
risaorum. sit immedicabilis: viua pharisaicæ hypocrisis, & calumniæ effigies.*

§. 2. Causa cur adeo duriter agnoscentes peccata sua Ioannes excipiat, ut auctoritatem illis apud populum detrahat; Potentes etenim fuerunt, eosque populus audiebat, hinc crebro ab illis pericula, & seditio, adeo ut regibus quoque timendi essent. Ioannes re- Nam Saducæi se e magnatibus & regibus adhæren-
prehensi- bant, eorumque vitia fouebant, quibus ex opum
ne auctori- abundantia Epicuræorum secta conuenientior e-
tatem au- rat. Adhuc Ioannes Hircanus Simonis Macchabæi
fere Phari- filius dicitur defecisse. Alexander certe suo princi-
sais. patu Pharisaeorum octingentos crucibus affixit, & in
conspectu morientium cum aula pellicibusque epu-
latus est. Facinus inter barbaros etiam inusitatum.
Vicissim se hodie, qui diuersas religiones sectantur,
de Pharisaisino accusant. Interim omnibus dicitur.
Vobis miseris, ad quos Pharisaorum vitia transferunt.

QUESTIO II.

Quæ ventura ira?

Pharisei §. 1. *Μετανοεῖτε ὅτι ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ* appellat, æternas inferni pœ-
ob super- nas, quas miratur illos fugere conatos, quod Phariseos ingens teneret superbia, sanctosque
biam, Sa- quod Phariseos ingens teneret superbia, sanctosque
ducci ob se arbitrantur, id est omnes minas, omnesque cala-
atheismi mitates à se abesse, quam longissime. Saducæi verò,
longissime qui nec angelum, nec resurrectionem crederent, adeo
aberrant à que pro anilibus fabulis infros, & manes haberent,
regno cæ- nullo metu rerum post mortem tangebantur? Vtrique
lorum. itaque longe aberrant à via salutis. Puerile est quod
Beza monet, vertendum, præmonstrauit, Erasmus, sub-
monstrauit, ut dicitur est demonstrare, ut & dicitur dicitur, ut
conuertit etiam Syrus. Firmum contra eos argumen-
tum qui penitentes iam fiducia speciali plenos aiunt.
Nullam iram Dei timere. Si enim illi vere penitentes
erant, & iram venturam fugiebant, non igitur cer-
ti erant iram Dei nullam superesse. Non enim ut ven-
turam fugimus, quod desisse nouimus.

Vnus noui §. 2. Irenæus aduersus hæreses, l. 3. c. 9. Ex his omni-
& veteri bus probat vnum esse veteris, & noui testamenti Deum. Mat-
testamenti theus enim apostolus vnum & eundem sciens Deum qui promif-
Deus. sionem fecerit Abraham facturum se semen eius, quasi stellas celi,
qui per filium suum Christum Iesum à lapidibus calcitra, in
suam nos agnitionem vocauerit, ut fieret populus, qui non po-
pulus; & non dilecti dilecti, ait Ioannem preparantem Chri-
sto viam, his qui in carnali quidem cognitione gloriabantur,
varium autem, & omni malitia completum sensum habebant,
eam penitentiam qua à malitia reuocaret, annuntiantem di-
xisse: Progenies viperarum, quis vobis monstrauit fugere ab ira
ventura? Facite ergo fructum dignum penitentia? & nolite
dicere in vobis ipsis. Patrem habemus Abraham. Dico enim vo-
bis, quoniam potens est Deus, ex lapidibus istis suscitare filios Ab-
rahæ. Penitentiam igitur eam, qua esset à malitia, præco-
nabat; sed non alterum Deum annuntiabat, præter eum qui
fecisset promissionem facere, ille præcursor Christi; de quo ite-
rum ait Matthæus, similiter autem & Lucas. Hic enim est
qui dictus est à Domino per Prophetam, Vox clamantis in de-
serto: parate viam Domino, rectas facite semitas Dei nostri.
Omnis vallus implebitur, & omnis mons & collis humiliabi-

tur, & erunt tortuosa in directa, & aspera in vias planas, &
videbit omnis caro salutare Dei nostri. Vnus igitur, & idem
Deus est, Pater Domini nostri, qui & Præcursor per Prophe-
tias missurum se promissit: & salutare suum, id est, verbum
suum visibile effectui omni fieri carni, incarnatum & ipsum, ut
in omnibus manifestus fieret rex eorum.

VERSVS 8.

Facite ergo fructus dignos penitentia.

QUESTIO I.

Qui sint fructus digni penitentia?

§. 1. *C* Aluinus, re, non verbis prestare penitentiam
interpretatur; deinde ait, bona opera dicti
fructus penitentia. Beza vertit, conuenientes penitentia,
non satis expressa vi verbi Græci, aliud est enim di-
gnum, aliud vero conueniens esse. Parum vero illi est
male vertere, nisi & interpretem nostrum calumnietur.
Sed certe dignos penitentia (inquit) (ut vetus in-
terpres conuertit) vix aliter intelligi posset, quam contra-
rio penitus sensu, digni videlicet, quorum aliquem peniteat.
Non intelligit ille se imponere nostro, quasi dixe-
rit, dignos penitentia, cum sit non modo in nostris li-
bris, penitentia, sed etiam in Bezae contextu. Deinde
de totum hoc quicquid est, etiam in Spiritum san-
ctum intorqueti potest. In Græco legimus: καὶ τὸν ἀ-
γῶν τῆς μετάνοιας, quod eodem cau illo obnoxium
est. Curenim non dicat argutor: ἀγῶν μετάνοιας, ut
Ἰωάννης, ἀγῶν, dignum morte, plagis? Sic enim di-
citur 4. Reg. 4. 25. Esther 16. 5. Sap. 3. 5. Ierem. 10. 15.
2. Mac. 7. 27. & 15. 11. Luc 12. 48. Sic etiam ἀγῶν τῆς
μετάνοιας ἵππα πᾶσι καὶ ἀνθρώποις, & 1. Tim. 1. 15. ἀγῶν
τοῦ σώματος, acceptione digaus. Sic Philipp. 1. μόνον ἀγῶν τῆς
ἐκκλησίας τῆς ἡμετέρας, quoniam olim ita locuti
sunt Græci Thucyd. l. 7. ἀναμνησθῆναι τὸν ἀγῶνα τῆς
ἐκκλησίας. Si non potest aliter intelligi locutio lati-
na, ergoneque Græca. Imò minus Græca. Nam di-
gnum aliquid latinā lingua dicimus, quod vel præ-
mio, vel pœna compensandum est; deinde quod con-
ueniens est, seu consentaneum causæ, à qua originem
ducit: sic dignum genere, patre, patria dicimus; nem-
pe qui dignus sit, ut à talibus tantisque principium
ducat. Sic Horatius l. 2. Sat. 3. Fac aliquid dignum
promissis. Ita Balbus l. 8. Epist. ad Cicer. Suscipe cogita-
tionem dignissimam tuæ virtutis; hoc est, quæ digna cen-
seatur, ut à tua virtute proficiatur. uti hoc loco; quæ
digna sit, ut à vera penitentia procedat. Similia pla-
ne innumera sunt: ut mirum sit homini mediocriter
docto in mentem istas venire argutias potuisse. Sed
cum de fide, & antiquitate agitur, furor, itaque men-
tem præcipitant.

§. 2. Caluinus hanc doctrinam fide in partem corruptam peniten-
tia, ipse penitentiam ait esse interiorem hominis renouatio-
nem, quæ in externam vitam emergit, sicut ex se fructum pro-
ducit arbor. Nullo modo penitentia est ipsa renouatio,
sed via ad renouationem, non enim dolor de pec-
cato, est iustitia aut sanctitas, ut supra ostendi. Pen-
itentia vnica, atque vna virtus est, pars renouatio-
nis, eius fructus, non modo externa vita, sed etiam
interna. Præcipui enim fructus virtutum sunt, qui
ex corde oriuntur, & sancti voluntatibus perficiuntur.
Sine charitate docet Augustinus fructus peni-
tentia non esse. Et Serm. 66. de tempore. Fructus di-
gnus est penitentia, transacta desistere peccata, & eadem ite-
rum non agere. Penitentiam illam in animo esse dicit.
Et l. 21.

Et l. 21. c. 27. de ciuitate Dei contra eos disputat, qui se dignos fructus pœnitentiæ agere putabant, si in sceleribus permanentes facerent elemosynas.

VERSUS 9.

Et ne velitis dicere intra vos Patrem habemus Abraham: Dico enim vobis quoniam potens est Deus, de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arborum posita est.

QVÆSTIO I.

Quomodo Deus de lapidibus possit suscitare filios Abraham?

S. I. De erroribus Phariseorum eos à salute retracebant. Postquam enim scelerum suorum convicti, in conscientia nihil prædicii inueniebant, more veterum dicebant: Templum Domini, templum Domini, in proavos, & fœdes cum patribus ictum omnia reiciebant. Inde securitatem sibi, impunitatemque imaginabantur. Alter ex hoc sequebatur; aliam scilicet gentium contemptus. Ioannes vtrumque oppugnat. Nam Patrem Abrahamum ait nihil illis prodesse, nisi eius insistant vestigiis. Vnde August. in Psal. 46. Illi se dicebant filios Abraham, & ipse eos dicebat filios viperarum. Non enim omnes Israhelitæ, qui ex Israhel, vt Apost. Rom. 2. & Aug. Psal. 73.

Ne vero existimarent Deo populum defuturum, nec gentes ad pœnitentiam admittendas ait, Deum posse de istis lapidibus suscitare filios Abraham, & c. qui scilicet fidei Abraham amplectantur. In Græco non sine dñi rōdē dicitur, ὁ θεὸς καὶ ἐκ τῶν λίθων τῶν τούτων ἔσται. Potest Deus & ex lapidibus istis.

S. 2. Tertullianus contra Hermogenem ex hoc loco argumentatur, cap. 12. qui immutabiles animas fidebat. Quæ enim male deputantur, secundum mali statum computantur. Age nunc malum ac pessimam credamus esse materiam vitæ, naturæ: sicut Deum bonum & optimam credimus proinde naturæ. Porro naturam certam & fixam haberi oportebit tam in malo perseverantem apud materiam, quam in bono apud Deum inconvertibilem & immutabilem. Scilicet quæ si demutabitur natura in materiam, de malo in bonum demutari poterit, & in Deo de bono in malum. Hoc loco dicit aliquis: Ergo de lapidibus filij Abraham non suscitabuntur, & gemina viperarum non facient pœnitentiæ fructum, & filij ira non sient filij pacis; si natura mutabilis non erit. Temere ad ista exempla respiciet homo! non enim competunt ad causam materiam, quæ immutata est, ea quæ nata sunt, lapides & vipere, & homines. Horum enim natura habendo institutionem, habere poterit & cessationem. Materiam vero tene semel æternam determinatam, vt insectam, vt innatam: & ideo indemutabilis & inconvertibilis natura credendam, ex ipsius etiam sententiâ Hermogenis, quam opponit cum Deum negat ex semetipso facere potuisse: quia non demutetur quod sit æternum, amissum scilicet quod fuerat, dum sit ex demutatione quod non erat si non esset æternum. Dominum vero aliud esse non posse, quam quod semper.

Optime sane concludit, si Deus materiam faciendo mutatus amittit, quod habuit, etiam mutando filios viperæ in filios Abraham eandem fore mutationem. Ex hac enim infamia progressi sunt, vt naturas rerum putarent non posse mutari. Philosophiæ & sensibus omnibus ex æquo aduersi.

Et clarius de anima cap. 21. Idem enim inconvertibilem. Adamus Conzen in Euang. Tom. 1.

negant naturam, vt Trinitatem suam in singulis proprietatibus figant: quia arbor bona malos non ferat fructus, nec mala bonos, & nemo de spinis metat ficos, & de tribulis vias. Ergo si ita est, neq. de lapidibus filios Abraham suscitare poterit Deus, nec gemina viperarum facere pœnitentiæ fructus. Et erravit Apostolus scribens. Eratis & vos aliquando tenebra, & sumus & nos aliquando natura filij iræ, & in his vos quoque fuistis, sed abluti estis. Sed nunquam discordabunt sententiæ sanctæ. Non dabit enim arbor mala bonos fructus, si non inseratur: & bona malos dabit, si non colatur. Et lapides filij Abraham sient, si in fidem Abraham inserantur. Et gemina viperarum fructum pœnitentiæ facient, si venena malignitatis expuerint. Hæc erit vis gratiæ, potentior vitæ, natura, habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrij potestatem, quod dicitur & scitur dicitur. quæ cum sit libera & ipsa naturalis atq. mutabilis, quoquo vertitur, natura conuertitur. Inesse autem nobis τὸ ἀντὶ ἑστέον naturaliter, iam agnoscit & Marcioni ostendimus & Hermogeni.

Imo Hermogenes Deum in materiam posse aliquid negabat, vt est apud Tertull. cap. 37. aduers. Hermogenem. Atq. si mala natura fuisset, quare non potuerit à Deo conuerti, vt a potentiore, vt ab eo qui lapidum quoque naturam conuerti valeat in filios Abraham? Nempe ergo non tantum comparat Dominum materiæ, sed & subicit, à quo natura materiam deinceps & edomari in melius non potuisset.

Ita cum his hominum monitis iam in veteri Eccl. sua luctati sunt. Nostri de arbitrio eadem reficiant hæretici. Consecuti sunt hæreticos illos deinde Philosophi, qui magno conatu, seu mundi, seu materiæ æternitatem asseruerunt, quos contra veterum, recentiorumque accuratissimæ disputationes in manibus versantur.

S. 3. Eisdem ex verbis liberum Dei arbitrium contra Caluinum orthodoxi tractatores ostendunt: vt Deus liber Bellarm. lib. 3. de gratia & lib. arb. c. 16. Caluinus enim Deum aliud non posse facere, quam quod fecit, & facit, aut facturus est, docet. At vero potuit de lapidibus illis facere filios Abraham; non fecit tamen quod potuit, sed nec facturus est. Ad facta igitur eius potentia restringi non debet. Porro inane est quod Pareus eodem loco Bellarmino obiicit. Posse quidem Deum; si potentiam spectes, at nolle. Ideo non posse. Non enim ita Caluinus defenditur, sed verbis ludatur Spiritus sanctus. Non enim quisquam dixerit: Deum posse quicquam contra voluntatem facere. Sed posse facere, quod iam non vult facere, si voluerit facere, quod nolēbat. Sic sane in sensu composito (vt vocant) non potest facere, si non potest: quod decreuit non facere, manet enim decretum irrevocabile. Caluinus autem de potentia Dei absoluta sermonem facit.

S. 4. Plerique fere nouatorum nobis & hoc impōnunt, nos fiduciā patrum, & maiorum gloriari. Verum id facimus rectissime, cum nostram & illorum fidem eandem esse ostendimus, cum ab illis nouatores discessionem fecisse demonstramus: cum gaudemus in nostro consorcio tot myriadas martyrum, confessorumque inueniri. Nec tamen ignoramus non eos dici filios sanctorum, qui loca eorum obtinent, sed qui virtutes imitantur. Inter hos maxime Erasmus Sacerius insurgit: Nihil adiuvat Abraham suos, nec ergo Augustinus suos.

Nobis è contrariis constat propter Abrahamum seruum suum, Deum multa contulisse filiis Israhel, idq. Scripturæ teste. Verum id nunc extra aliam est. Aduersari ratio stulta est. Etsi enim Abraham abdicat filios sceleratos, gemina viperarum, quibus veritas testimonium dat, ex Patre Diabolo eos esse: noti ideo tamen non prodest filiis genuinis ex Abraham esse; nam & Deus improbos primum deferendo, deinde cruciando punit; nec ideo tamen non prodest bonis.

Abdicato non profuit paternæ opes, sed hæredi.

E VERSVS

Naturas
immutabi-
les fingunt
Hermogeni-
ani.

Tertullia-
nus.

Caluino
non est.

Deus quod
non vult;
ex hypothe-
si non po-
test.

De patribus
gloriamur
eorum te-
nendo fidē.

Multa Deus
confert suis
propter Pa-
trē.

Maiores
fidebant
Pharisei,
alii con-
tinuabāt.

Adams Conzen
in
+ Euangelio
CWI
18

Hermoge-
ni materi-
am mutabi-
li.

maiores
non
nouatores